Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

Hispanus Toletanus, floruit Seculi XI et XII. Ejus labores in Astronomia laudat Martinus Hortensius; et Aben Ezra, 71. anis Aryachele posterior, in libro, cui titulus: Initium Sapientiae scribit, neminem illo Seculo comparandum fuisse cum Aryachele in observandis coeli motibus. Vid. Anton. Bibl. Hisp. T. 2. p. 240. G. Vossium. T. 3. de Matheseos, c. 36. §. 13. Heilbronner, Hist. Mathes. p. 457. § 497. item pag. 628. 630. 642.

Cod. LVIII.

Membran. Fol. min. Sec. 15.

1.
7.22.

Diogenis Laertii Libri X. de vitis ch. Philosophorum.

Diogenis Laertii Libri X. de vitis, Dogmatibus et Apophthegmatibus clarorum Philosophorum, ab Ambrosio Florentino e graeco in Latinum traducti. Codex noster eleganter quidem scriptus, sed prioribus octo foliis destitutus incipit a verbis: "Tum sex alios nominat, quorum ex numero tres eligit". Unde patet, deesse prooemium, et vita Thaletis maximam partem. Versionem quod attinet, eam contuli cum editione Diog. Laertii, Amstelod. apud H. Wetstenium 1692. 4. quo continet Latinam Ambrosii versionem, sed completam et emendatam a Marco Meibomio. Conveniunt in plurimis etiam ad verba; Sepe vero inter se